



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputatio || excellentium. D. doctoru[m] Iohannis Eccij &
|| Andre[a]e Carolostadij q[uae] cepta est Lipsi[a]e ||
XXVII. Iunij. An. M.D.XIX.**

Eck, Johannes
Karlstadt, Andreas
[Erfurt], 1519

VD16 E 320

Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32477

AD LECTOREM.

Habes hic, lector quisquis es. Disputationem illā celebrem
quā Lipsię vidimus & audiūimus inter insignes viros. D.
Iohannez Eckium, Andreā Carlstadium & Martinū Lutherū
habitam. Erūt fortasse, qui nollent editam: alij vero & damnēt
excusam, q̄ cōmuni consilio. partes vtrīnq̄ cōuenisse dicūtur;
ne qua via: disputatio eiusmōi disseminareſ Verū in his ser-
monib⁹ nihil mouearis: lector. Si em̄ serio voluissent oculta-
tum iri hoc pelagus & cahos verborū. non vtiq̄ permisissent,
publico conspectu: a quo quis libitum esset. excipi & in literas
referri. Nam cum plus tr̄iginta exemplaria sint illic excepta
& in diuersas orbis ḡtes emissa. satis palam est. voluisse om-
nia inuulgari: nisi forte Notariorū (qui adhoc ipsum seorsim
designati erant) exemplaria, his legibus suis subiacere cura-
rint. Nos siquid vtilitatis in ea pio lectori afferre possemus.
solliciti fuimus. sunt in ea sane pleraq; talia: quę hucusq; aut
non nouimus aut non ausi sumus nosse. Quę si bene cedunt
quid veritatis sint allatura. viderint h̄. quoq; interest. libertatis
certe non nihil paritura sperantur. qua de rebus Ecclesię &
christianissimo: audentius & loqui & audire contingere pu-
taſ. Quāq; multa quoq; sint in hac sylua: quę extra ppositū
dicta sint. noluimus tñ quicq; inminuere. Sed simplici fide.
vt dicta & gesta sunt. plene omnia reddere. porro nostrę opis
nō ignari nec īmemores. neutri partium: quicq; arrogare aut
derogare possumus. nec iudicium tentare quo solet vel allici
vel retrahi lectoris affectus. Relinquim⁹ aut̄ omnia in omniū
& singulorum iudicio quod vt variū futurum non dubita-
mus. ita vt optimū quodq;. preualeat optam⁹. ad laudem dei
& comuni rei Christianę incremētum. Vale lector pie: & pie
legas quę pie ministrantur a nobis quod facies. si nostrū stu-
dium boni consulas.